

10 die Sünde vergibt, der Gott damit dienet, daß er ihm die Ehre tut und die Barmherzigkeit
und Verheißung so gewiß hält, daß er ohn Verdienst kann allerlei Güter von ihm emp-
fahen und warten. Und in diesem Gottesdienst soll das Herz geübet werden und zunehmen;
davon wissen die tolln Sophisten nichts.

15 Hinc etiam intelligi potest, quare re-
prehendamus adversariorum doctrinam
de merito condigni¹. Facillima diiudica-
tio est, quia non faciunt mentionem
fidei, quod fide propter Christum placea-
20 mus, sed fingunt bona opera, facta adiu-
vante illo habitu dilectionis, iustitiam
esse dignam, quae per se placeat Deo,
et dignam aeterna vita, nec opus habere
mediatore Christo. Quid est hoc aliud,
25 quam transferre gloriam Christi in opera
nostra, quod videlicet propter opera
nostra placeamus, non propter Chri-
stum? At hoc quoque est detrahere
Christo gloriam mediatoris, qui perpe-
30 tuo est mediator, non tantum in princi-
pio iustificationis. Et Paulus ait, si iusti-
ficatus in Christo opus habet, ut postea
alibi quaerat iustitiam, tribuit Christo,
quod sit minister peccati, id est, quod
35 non plene iustificet. Et absurdissimum
est, quod adversarii docent, quod bona
opera de condigno mereantur gratiam,
quasi vero post principium iustificatio-
nis, si conscientia terreatur, ut fit, gratia
40 per bonum opus quaerenda sit, et non
fide in Christum.

45

Aus diesem allen ist leichtlich zu ver- 316
stehen, was man halten soll vom merito (195)
condigni, da die Widersacher erdichten, daß
wir für Gott gerecht sind durch die Liebe
und unser Werk. Da gedenken sie nicht ein-
mal des Glaubens, und anstatt des Mitt-
lers Christi setzen sie unser Werk, unser Er-
füllung des Gesetzes; das ist in keinem Weg
zu leiden. Denn wiewohl wir oben gesagt,
wo die neu Gebürt ist durch Geist und 317
Gnade, da folget auch gewißlich die Liebe; (196)
so soll man doch die Ehre Christi nicht un-
sern Werken geben, sondern das ist gewiß,
daß wir vor und nach, wenn wir zu dem
Evangelio kommen, gerecht geschätzt wer-
den um Christus willen und der Christus
bleibt der Mittler und Versühner vor als Gal. 2, 1
nach, nach als vor, und durch Christum
haben wir ein Zugang zu Gott, nicht dar-
um, daß wir das Gesetz gehalten haben und
viel Gutes getan, sondern daß wir so fröh- 318
lich, getrost auf Gnade bauen und so gewiß (197)
uns verlassen, daß wir aus Gnade um
Christus willen gerecht für Gott geschätzt
werden, und das lehret, prediget, bekennet
die heilige catholica, christliche Kirche, daß
wir selig werden durch Barmherzigkeit, wie
wir oben haben angezogen aus Hieronymo.
Unser Gerechtigkeit stehet nicht auf eigen
Verdienst, sondern auf Gottes Barmherzig-
keit, und dieselbige Barmherzigkeit fasset
man durch den Glauben.

Secundo. Doctrina adversariorum relinquit conscientias ambiguas, ut nunquam 319
pacatae esse queant, quia lex semper accusat nos etiam in bonis operibus. Semper (198)
enim caro concupiscit adversus Spiritum. Quomodo igitur hic habebit conscientia Gal. 5
50 pacem sine fide, si sentiet, quod non propter Christum, sed propter opus proprium
iam placere debeat? Quod opus inveniet, quod statuet dignum esse vita aeterna? 320
Siquidem spes ex meritis¹ debet² existere. Adversus has dubitationes Paulus inquit: W 135
Iustificati ex fide pacem habemus; certo statuere debemus, quod propter Christum Röm.
donetur nobis iustitia et vita aeterna. Et de Abraham ait: Contra spem in spem Röm.
55 credidit.

¹) Vgl. S. 189, Anm. 1.

²) Vor debet las Ed. pr. ursprünglich tantum, es wurde
aber schon in den Errata entfernt.

321 Tertio. Quomodo sciet conscientia, quando opus inclinante illo habitu dilectionis
(200) factum sit, ut statuere possit, quod de condigno mereatur gratiam? Sed haec ipsa
distinctio tantum ad eludendas scripturas conficta est, quod alias de congruo, alias
de condigno mereantur homines, quia, ut supra diximus¹, intentio operantis non
distinguit genera meritorum, sed hypocritae securi sentiunt simpliciter opera sua
esse digna, ut propterea iusti reputentur. Econtra territae conscientiae de omnibus
operibus dubitant, ideo subinde alia quaerunt. Hoc est enim de congruo mereri,
dubitare et sine fide operari, donec desperatio incidit. In summa, plena errorum et
periculorum sunt omnia, quae in hac re tradunt adversarii.

322 Quarto. Tota ecclesia confitetur, quod vita aeterna per misericordiam contingat. 10

M 142 (201) Sic enim inquit Augustinus de gratia et libero arbitrio, cum quidam loquitur de
operibus sanctorum post iustificationem factis: Non meritis nostris Deus nos ad
aeternam vitam, sed pro sua miseratione perducit¹. Et lib. 9. confess.: Vae hominum
vitae quantumcunque laudabili, si remota misericordia iudicetur². Et Cyprianus in
enarratione orationis dominicae: Ne quis sibi quasi innocens placeat et se extollendo
plus pereat, instruitur et docetur peccare quotidie, dum quotidie pro peccatis iubetur
orare³. Sed res nota est et habet plurima et clarissima testimonia in scriptura et
(202) ecclesiasticis patribus, qui uno ore omnes praedicant nos, etiamsi habeamus bona
324 opera, tamen in illis bonis operibus misericordia indigere. Hanc misericordiam
(203) intuens fides erigit et consolatur nos. Quare adversarii male docent, cum ita efferunt
merita, ut nihil addant de hac fide apprehendente misericordiam. Sicut enim supra
diximus promissionem et fidem correlativa esse, nec apprehendi promissionem nisi
fide, ita hic dicimus promissam misericordiam correlative requirere fidem, nec posse
apprehendi nisi fide. Iure igitur reprehendimus doctrinam de merito condigni, cum
nihil de fide iustificante tradat et obscure gloriam et officium mediatoris Christi. 25
325 Neque nos quidquam hac in re novi docere existimandi sumus, cum patres in ec-
(204) clesia hanc sententiam tam clare tradiderint, quod misericordia indigeamus etiam in
bonis operibus.

Ps. 143, 2. 326 Et scriptura idem saepe inculcat. In Psalmo: Non intres in iudicium cum servo
(205) tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Hic simpliciter detrahit
omnibus etiam sanctis et servis Dei gloriam iustitiae, si non ignoscat Deus, sed
iudicet et arguat corda eorum. Nam quod alibi gloriatur David de sua iustitia, lo-
quitur de causa sua adversus persecutores verbi Dei, non loquitur de personali mun-
Ps. 7, 9. ditie, et rogat causam et gloriam Dei defendi, ut Psalmo 7.: Iudica me, Domine,
secundum iustitiam meam et secundum innocentiam meam super me. Rursus Psal- 35

Ps. 130, 3. mo 130. ait neminem posse sustinere iudicium Dei, si observet peccata nostra: Si
Hiob 9, 28. 327 iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit? Et Iob 9: Verebar omnia
Hiob 9, 30. (206) opera mea. Item: Si lotus fuero quasi aquis nivis, et fulserint velut mundissimae ma-
Spr. Sal. 20, 9. nus meae, tamen sordibus intinges me. Et Proverb. 20.: Quis potest dicere, mundum
1. Joh. 1, 8. 328 est cor meum, purus sum a peccato? Et 1. Joh. 1.: Si dixerimus, quod peccatum non
Matth. (207) habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est etc. Et in oratione dominica
6, 12. 329 (208) sancti petunt remissionem peccatorum. Habent igitur et sancti peccata. In Numeris
Num. 14, 18. cap. 14.: Et innocens non erit innocens. Et Deut. 4.: Deus tuus ignis consumens est.
Deut. 4, 24. Et Zacharias ait: Sileat a facie Domini omnis caro. Et Esaias: Omnis caro foenum
Sach. 2, 13. et omnis gloria eius quasi flos agri, exsiccatum est foenum, et cecidit flos, quia spiri- 45
Jes. 4, 6. tus Domini sufflavit in eo, id est, caro et iustitia carnis non potest sustinere iudicium

Jon. 2, 9. 330 Dei. Et Ionas ait cap. 2.: Frustra observant vana, qui misericordiam relinquunt, id

(209) est, omnis fiducia est inanis, praeter fiduciam misericordiae, misericordia servat
Dan. 331 nos, propria merita, proprii conatus non servant nos. Ideo et Daniel orat cap. 9.:
9, 18 f. (210) Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces coram te, sed in mi- 50
serationibus tuis multis. Exaudi, Domine, placare, Domine, attende et fac ne mo-
ratur et super populum tuum. Sic docet nos Daniel apprehendere misericordiam in

332 Deo. Et miramur, quid agant in precatione adversarii, si tamen homines profani 55
(211)

¹) S. 163 ff. Dgl. auch 189 12. 217 32. ²) De gratia et lib. arb. 9, 21. MSL 44, 893.
³) Confess. IX, 13: Vae etiam laudabili vitae hominum, si remota misericordia discutiam
eam. MSL 32, 778. CSEL 33, 223, 23. ⁴) De orat. dom. 22. MSL 4, 552 B. CSEL III, 1.
S. 283, 18.